

act. jur. civ.

158

B.

Tract. jur. civ.

158

Tracht jur. sig. 1506¹

UNIVERSITÄT
CONCORDIA
MONTREAL

CONCORDIA

THEMIS
PARALLELO AXIOMATICA
MATHÉMATICA
CONCORDANTES
UNIVERSITATE
SUPERIORI AXIOMATICA

COMBINATA

CHRISTOPHUS DE WINTER

THEMIS
PARALLELO-AXIOMATICA,
Seu
MATERIÆ
CONCORDANTES
ex
UNIVERSO JURE,

Cuilibet
SUPERSCRIPTO AXIOMATE,

five
LOCO COMMUNI,

artificiofissime,

Secundum principia harmonica,

Fiffuris bifidis, quadrifidis, & ultra,

ex adverfum invicem

verbotenus

COMBINATÆ,

Et antehac nunquam ita visæ;

Quarum

quolibet Semestri spatio,

certum pensum,

Usque ad umbilicum omnium Furium ad concinnitudinem respondentium,

reddet,

CHRISTOPHORUS Immig.

DRESDÆ,

Literis CRUSIANIS, Anno MDCCXX.

THEMIS
PARALLELO-AXIOMATICA
MATERIA
CONCORDANTES

<i>L. un. C. de inoff. Dotib. Cap. 29. de Elect. in 6to.</i>
Leges, Legibus, Jura, Juribus,
concordare,
promptum est. expedit.



Si quid feceris { honestum, } cum { labore; labor } abit, { honestum } naves.
 { turpe, } { voluptate; voluptas, }

COMBINATA

CHRISTOPHUS

DRESDEN

ANNO MDCCXX



Ad benevolum Lectorem

Artisque combinatoriæ non - Oforem.



Uicunque fugitivo saltem oculo, **JUS CAMBIALE LIPSIACO-MAGDEBURGICUM**, harmonice mea elucubratione conglutinatum, nuperque admodum editum, lustrare dignatus est, illum forte, fronti hujus præfixæ lineolæ, satis jam edocuerunt germanicæ, qua ratione hoc grandiusculum opus, quod lambendo quasi finxi, sine molestia, non tamen sine fructu, perlegi possit. Omnia vero meliori adhuc succedent fato, quod si Lector benevolutus (I.) columnas (à Typothetis sic di-

ctas) cujusque quaternionis singulas, non prorsus bifidas ut illic, sed etiam tribus, quatuor, & ultra, fissionibus ad se invicem accurate dispositas, prout multitudo & accessiones locorum parallelorum seu iteratorum jubet, sedulus attendit; atq; (II.) in his, illam pagellæ partem, seu fissuram, quæ plurimum textûs in se continet, quæq; facile oculos cujusq; in se convertet, sibi sumit perlegendam; Et si (III.) Tibi forte, electâ fissione, hiatus quidam occurrat, adhibeas, moneo, prius commendatam alacritatem, ut defectum ex aliis, juxta hæc, delineatis verbis, impræpedite suppleas. Hoc autem facili efficies negotio, dummodo (IV.) in supervenientibus Nominibus & Verbis, Numerum, Modumq; primum sublegendo inceptum, secundum versatilitatem Tui ingenii, grammaticè commutabis, Particulamqve vel copulativam, vel disjunctivam, vel explanativam inferendo. Relinque contra, nec perde oleum (V.) perlegendo eas phrasas, quæ in unâ quasi lineâ, per paginam undiq; conspiciuntur; Sunt enim, etsi sæpius non sint eadem, reverà tamen eadem. Idcirco v. gr. Axiom. I. *Morum & consuetudinis valor*; vi coagmentationis harmonicæ, *tredecim* ibidem loca parallela, hoc modo:

Mos, est longa (& *vestutate probata*) consuetudo; Consuetudo autem est jus quoddam, in his rebus, de quibus nil certi statuit lex, & divina Scriptura, *tunc* id custodiri oportet, quod usus approbavit; Nam, diuturni mores populi Dei, & instituta Majorum, & rusticorum antiqva longaque consuetudo, ac per annos plurimos observata, velut tacitâ civium utentium conventionè tantummodo tracta seu comprobata, legem imitantur; Et, si quâ in re hoc deficeret, tunc, quod proximum & consequens ei est. Inveterata consuetudo, non immerito, quam ea, quæ scripta sunt, pro jure & lege observari solent. Et hoc jus &c. &c.

in consono perpetiq; sermone (ductore typo *curfivo* sic dicto) aptissime cohærent extrema cum primis.

Nunc,

Nunc, Lector benevole, qui presentem hanc laboratam Scripturam, Tuo ingenio facilius possis percipere, habes.

Sed, quem quaeso fructum, huic, a me, multo cum sudore, &, quod ad jura concordantia attinet, primum excogitatae mirabilis commissurae inesse dicam? Non multa loquar; res ipsa loquetur; unicum tamen adjicere liceat, nempe: Si hoc meo studio uteris, ut (1.) multum temporis in evolvendis legibus canonibusque, quae inter se concordant, per ambo, easque ampla jurium systemata infumas, est necesse neutiqvam; Sed (2.) eorum quemlibet locum sive fit parallelus, sive iteratus, labor hic improbus Tibi ostendit, ut adeo, uno quasi intuitu (α) ex brevi, caput paginae occupanti, Summario, seu rotundiori Loco communi, otiosus plane (β) ex quo libro, (γ) ex quo titulo, &c. &c. Quodvis sit excerptum, valeas cognoscere. Accedit ad hoc (3.) quod omnia suo consent ordine, ita, ut, si quis e longinquo hujusmodi loca alias in Jurium Systematibus sparsim descripta, ex hoc opere lecta, auribus hisce suis exhauriat, non secus sentiat, ac si omnia in uno aliquo capitulo, in una saltim lege, contineantur. De quo tamen (4.) notandum: legem aliquam longiorem, alia loca, ob singularem conformitatem, saepius interrupisse; ast hic ubivis studiosum Lectorem signum quoddam appositum, ad aliud mox insequens, priorisq; figuram tenens deducat, quod certum ei sit indicium, textum supra non incongrue abruptum, ad finem in una serie nunc pergere; id quod in *Moderamine inculpata tutela*, Axiomate V. per $\&$ & $\&$ claret. Et en Tibi sic novam commoditatem! Nam (5.) hoc pacto ejus desiderii, qui legem, ut in sede propria legitur, scrutari discupit, sine quovis impedimento, satisfit. Quemadmodum vero (6.) cuilibet, Jurium tum civilis, tum canonici, ultro patet diversitas; ita & in hac harmonia legali, peculiarem de utroq; adhibeamus cautelam oportet: quod si enim Summarium in quolibet Corpore contentum, propter specialissimam ad Objectum applicationem, alterum alteri adjungi non potest, illud, quod Clericos eorumq; res concernit, triplici corona Papali dejecta expositaq;, notare, atque alteri statim subnectere perplacuit; uti Axiom. IV. videre licet. Accidit & porro (7.) ut compiler Juris Canonici, saepe Legem ex jure civili, rem suam clarius ut confirmet, mutuo acceperit; atque hic quoque propria Lex, propriam suam occupat fissuram, hujus autem canonisatio dilatatis literis transversis tantum remissive, e. gr. *sub alleg. Axiom. I. fissura I.* accurate tamen finis cum initio citatur; Scilicet hoc ipsum angustia chartae, quippe quae multa jam loca sibi invicem sic adsociata continet, jussit, jussit idem non exigua commoditas; nam hac via, crebra tot textuum maximam partem iteratorum repetitio (quae alias tantum bifida reconcinnata, spatiosorem sedem hoc modo occupat) radii pariet nullum. Accede igitur ad hunc ignem, Lector benevole, & incalesce! incalesce inquam, & recta mentis trutina perpende hos meos conatus harmonicos, deprehendes sane (8.) ut lex alia, aliam aut declaret, amplificet, limitet, aut suppleat; e. gr.

<p><i>Inst. 2, 5. de Usu & habit.</i> §. 6. Hæc de Servitutibus, & Usu-fructu, & Usu, * & Habitatione dixisse sufficiat.</p>	<p><i>ff. 8, 1. de Servitut.</i> l. 1. Servitutes, aut personarum sunt, ut: Usus & Usus-fructus; aut rerum, ut: Servitutes rusticor. prædior. & urbanor.</p>
------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Hic in Institutionibus sub asterisco * *Habitatio*, servitutibus personalibus annumeratur, sed in Digestis nulla fit mentio Habitationis; item, in sequenti

Le-

Legati Definitione,

<p><i>Inst. 2, 20. de Legat.</i> §. 1. Legatum itaque * est donatio † quædam</p> <p>† a defuncto relicta,</p> <p>† ab herede præstanda.</p>	<p><i>l. 2, 24. de sing. reb. p. fid. rel.</i></p> <p>§. 2. † verbis directis &c.</p>	<p><i>ff. 30. de Legat. 1.</i> <i>L. 116. pr. Legatum</i></p> <p>‡ est delibatio ♀ hereditatis,</p> <p>♀ qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit.</p>	<p><i>ff. 31. de Legat. 2.</i> <i>L. 36. Legatum</i></p> <p>* est donatio</p> <p>♀ testamento relicta.</p>	<p><i>Cod. de Testam.</i></p> <p><i>L. 15. & imperativis.</i></p>
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------

(1) traditur Synonymicum Genus: ‡ *Delibatio* nimirum, & * * *Donatio*; (2) Verba in Institutionibus sub †, †, † suppleant Digesta; & vice versa, hæc sub ♀, ♀, ♀ suppleant & declarant Instituta.

Et sic deprehendes, si paucis res est expedienda, quod nostra harmonia legalis axiomatica, Commentariorum frequentium vices in se suscipiant optime, quum ea, Legum correspondentium, & *externa*, & *interiora* explicata Tibi tradat.

Similis harmonica textuum laboriosa positio, non solum porro, quoad jura localia, e. gr. in *Elect. Sax.* junct. *Ducat. Magdeb.* & *Principatu Anhaltino*, h. m. proxime sub Sign. ♂, fol. 6. maximo cum emolumento, applicari potest, sed etiam alias res concordantes, alia occasione, apprime consistere faciam.

Ast enim vero (ut redeam) unicum ad huc superest, quod me male habet: doleo nempe, curas pro me, meisque, quotidie suscipiendas, quo minus una vice, totum opus utriusque juris, in lucem produci possit, duriter prohibere. Hinc lubentissime concederem, quin optarem, ut alius, in evolvendis legibus promptus, opibusque firmioribus præditus Juris-peritus, surgeret, qui eandem indefessam industriam hoc incepto insumere, & illud idem citius, quam quidem ego, publicæ concedere luci, sibi confideret; id quod tamen, in hunc usque diem, nondum factum, penitus deploro. Interim vale B. L. faveque

Tui deditissimo

B

Concinnatori.

Advocaten sollen ihre Schrifften unterschreiben.

Mand. Elector. Sax. 1691.	A. 1661. T. von Just. Sach.	Magd. Proc. O. 1686. c. 14.	Anhalt. Proceß. O. 1666. T. 2.
<p>§. 9. So viel die Unterschrift der Advoc. u. Conc. betrifft, has es zwart regular. bey der in der neuen — Erled.</p>	<p>— Chur. S. Landes. Erl.</p>		
<p>§. 35.</p>	<p>Und damit zum 35 sten</p>	<p>§. 7. Damit auch die Advocaten</p>	<p>Wollen demnach allen und jeden Advocaten</p>
<p>enthaltenen Verordnung sein bewenden;</p>	<p>hierüber desto steiffer gehalten werden möge, So verbleibet es allerdings bey der Verordnung:</p>	<p>um so viel mehr' angehalten werden mögen, dieser Verordnung gehorsamlich nachzuleben, So soll ein jeder,</p>	<p>u. Procuratoribus, die sich in unsern Landen vor Gerichte brauchen lassen, sie seyen darinnen geseßen oder nicht, hiermit ernstlich eingebunden haben—</p>
	<p>Daß die Richter</p>	<p>der einem andern Supplicationes,</p>	<p>die Supplicationes,</p>
	<p>die Supplicationes und rechtliche Einbringen</p>	<p>rechtliche Geseze, oder anders</p>	<p>Producta, und andere Schrifften,</p>
	<p>mit eigenen Händen unterschreiben,</p>	<p>verfertigt, sich selbst mit Nahmen unterschreiben,</p>	<p>so sie in ihrer Partheyen Sachen fertigen unterschreiben.</p>
	<p>auch die Haupt- u. Amtleute, Gerichtsherrē u. Rāthe,</p>	<p>damit er uff den Fall, do er diese Ordnung überschritte, in gebührende Straffe genommen werden möge; Wie denn in der Canzelley,</p>	<p>unterschreiben.</p>
	<p>welchen die Suppl. nebē denen Befehlichen zukommen</p>	<p>Membern, und andern Gerichten, des Herzogthums Magdeburg und dessen Hoheit,</p>	<p>unterschreiben.</p>
	<p>mit Fleiß, was des Advocatens und Richters</p>	<p>nichts angenommen werden soll, es sey denn des Namen unterzeichnet, der sie gestellet.</p>	<p>unterschreiben.</p>
	<p>Condition und Zustand?</p>	<p>sich alsobalden erkundigen, do dieselbe, wie obgedacht, nicht qualificirt befunden, ungesäumt solches berichten/ und diese unsere Verordnung, bey Vermeidung ernstlichen Einsehens, an ihnen zu exequiren/ schuldig seyn sollen.</p>	<p>unterschreiben.</p>
<p>gedoch haben wir diese Declaration hierinnen anzufügen der Erheblichkeit erachtet: daß, wenn, entweder die Supplicanten die Vermuthung vor sich haben, daß sie ihre Schrifften selbst verfassen können; Ingleichen, wenn solche von weitentlegenen Orten einlauffen; Oder, daferne etwa periculum in mora, und keine Anzüglichkeiten, noch sonst etwas bedenkliches darinne enthalten, die einkommenden Supplicationes und andere Schrifften, nicht also ohne Unterscheid zu verworffen, sondern solches dem Arbitrio Judicis zu überlassen seye.</p>			

Diuturnus Mos, & longa Consuetudo, seu Jus non-scriptum, habent vim Legis.

Inst. 1, 2.	ff. 1, 3. de LLbus, SCris & long. Consuetud.	C. 6, 23. Testam.	Distinft. I.	Dist. XI.	
§. 9. Jus venit	l. 32. De quib. caus. script. ll. non utim.	l. 33. In his quæ (descendunt non ex scripto	l. 35. sed ea, quæ	c. 4. Mos est longa, & vetustate probata consuetudo, (do a. c. 5. Consuetudo est jus quoddam	c. 7. In his rebus de quib. nil certi statuit divina Scriptura
sine scripto,	id custodiri oportet quod	diuturna	longa consuetudine, * ac per annos plurimos observata, velut tacita civium	de moribus moribus	mos (stituta populi Dei & in-Majorum,
quod (vit. usus approba- Nam diuturni mores,	Concordat	consuetudo.	conventio, * comprobata sunt	(antiquam l. 31. Russicor.	
utentium consensu (ti, comproba-	Distinft,	consuetudine	consuetudin.	eantummodo tracta.	institutum,
XII,	inductum est; & si qua in re hoc deficeret, tunc, quod proximum & consequens ei est. (svetudo §. 1. Inveterata con- non immerito.	pro jure & lege observari solet.	non min9, (sunt quæ ea, quæ scripta	quod	quod
Can,	pro	pro jure & lege observari solet.	jura,	vicem	pro
legem imitantur.	lege custoditur.	servantur.	jura,	legis obtineri.	lege suscipitur.
6,	(Et hoc est jus, quod de moribus constitutum.) Nam, cum ipsæ Leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ sunt; merito & ea, quæ sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes; Nam, quid interest: suffragio populus voluntatem suam declarat, an rebus ipsis & factis?	servantur.	jura,	legis obtineri.	lege tenenda sunt.
§. Nec differt an scriptura, an ratione consistat; quoniam & legem ratio commendat. Vocatur autem consuetudo, Inst.					

Inst. 3, 11. de Acquisit. per Adrogat.

Pr. — Qvæ neq; Loge XII. tabularum, neq; Prætoris Edicto, sed eo jure, quod consensu receptum (&) est, —

quod in communi est usu. (Hinc)

C. 8, 53. Quæ sit long. Consuet. *D. 22, 5. de Testib. l. 3. §. 6. Diligentia judicantis est,*
L. 1. Præses
Provinciæ
in ea Provincia, in qua judicat, fuerit.

Nov. CVII.

Præf. pr. Dubitationib. marinis creditis exortis, oportere fieri manifestum quæ super his consuetudo

valeat, ut & sacra nostra in hæc præcederet jussio, quæ consuetudin. ad certissimam

(duceret formam)

probatis his, quæ in oppido frequenter in eod. controvers. genere servata sunt, causa cognita statuet. Nam &

c. 1. Quod

longis ita servatum est temporibus, & tenuit immutabiliter, quomodo non est iustum, & in aliis o-

(mnib. valere, quæ postea erunt?)

Consuetudo præcedens, & ratio, quæ consuetudin. servat, custodit, & ratio, quæ consuetudin. servat, custodit

Dist. 12, c. 7.

Consuetudo præcedens, & ratio, quæ consuetudin. servat, tenenda est. Et (suam,

quid — contra longam consuetudin. fiat, ad sollicitudinem suam revocabit Præses Provinciæ. *Jung. l. 2. §. 3. b. t.*

quicquid contra longam consuetudin. fiet, ad sollicitudinem revocabit Præses Provinciæ.

D. 1, 3. de LLb. Scris & long. consuet. l. 4. Ergo omne jus, aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit Consuetudo.

E contrario

Argumentum, a prava consuetudine, non subsistit:

Nov. 134. C. 1. in fin. Male adinventæ, malæq; consuetudines, neq; ex longo tempore, neq; ex longa Consuetudine, confirmantur.

No. II.

Accessio cedit toti. Vel: Accessorium, naturam sui Principalis, sequitur.

Confer: Principale, si vitiosum &c. *infr.*

D. 33, 8. de Pecul. leg. l. 2. Principales res, cum peremptæ, fuerint,

D. 50, 17. de Regg. Jur. l. 129. §. 1. Principalis causa, cum non consistit,

l. 178. Principalis causa, cum non consistat, plerumq; ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

De R. 7. in 610. R. 42. (3) Principalis (2) naturam

quæ accessionum locum obtinent. extingvuntur.

quæ sequuntur, locum habent.

(1) Accessorium (4) sequi, congruit.

§ *Inst. 3. 21. de Fidejussor. §. 5.* Nec plus in Accessione potest esse, quam in principali re.

Exem-

Exemplum erit in Materia:

(I.)

Comissionis simplicis;

X. de Officio & Potestate Judicis delegati. (1, 29.)

<p>c. 5. Præterea super hoc, quod nos consulere voluisti, utrum liceat Judici delegato non ordinario, cogere contumacem, ut veniat; aut damnare, si non venerit? Hoc tibi innotescat auctoritate præsentium, quod, postquam ei causa, licet simplicit. delegatur, satis potest, nostra auctoritate, partes compellere, ut etiam contumaces, severitate ecclesiastica coercere, & etiam si literæ commissionis id non contineant, aut partes mandatum nostrum non habeant, ut ac-</p>	<p>c. 6. Si duobus causa committitur, etiam si non apponatur, ut unus, sine altero, procedat in ea, nihilominus unus ex ipsis, sive suo con-judici, sive alii, vices suas potest committere</p>	<p>c. 21. in fin. In causa, quæ committitur duobus, per omnia dicimus observandum, eo appposito, ut si ambo interesse nequiverint, alter exequatur nihilominus, in hac parte.</p>
------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Quia ex eo, quod causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

(2.) { Codicillorum; vid. etiam infr. Principale si vitios. No. (4.)
 { Fidei-commissi; &
 { Fidei-commissariarum libertatum;

<p>D. 29, 7. Jur. Codic. l. 2. sciendum est; eos demum</p>	<p>D. 30. Legat. I. pr. Certum est, qui nihil se à captivo differre putat, non posse fidei-committere; quia nec testari potest, qui, an liceat sibi testari dubitat,</p>	<p>D. 32. de Legat. III. §. 4. Hi, quib. aqua & igni interdicitum est; it. Deportati, fidei commissum relinquere non possunt, quia nec testamenti faciendi jus habent, cum sint ἀπόλιδες, i. e. extorres,</p>	<p>D. 40, 5. Fideic. Libertat. l. 24. pr. Generaliter dicemus: eos posse fidei commissariam libertatem adscribere quam fidei commissum pecuniarium possunt relinquere;</p>
------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

l. 8. §. 2. Codicilli toties valent, quoties quis testamentum quoque facere possit. fidei commissum posse relinquere, qui testandi jus habeat.

Et ideo nec fidei commissi, nec testamenti faciendi jus habent. *

(3.) Fidejussionis;

<i>J. 3, 21. Fidejussor.</i>	<i>D. 4, 3. Dol. mal.</i>	<i>D. 42, 1. Re Jud.</i>	<i>D. 45, 1. Verbor. Oblig.</i>	<i>D. 46, 1. Fidejuss. & Mand.</i> <i>l. 8. §. 7. Illud commune est in universis,</i>
§. 5. Fidejussores	<i>l. 19. Fidejussor,</i>	<i>l. 24. pr. Fidejussor</i>	<i>l. 88. in fin. Fidejussor,</i>	qui pro aliis obligantur; quod si fierint in duriorem causam placuit, eos (adhibiti, omnino non obligari;
ita obligari non possunt, ut plus debeant, (tur. quam is, pro quo obligan-		etsi accept. sit rei, vel actionis, non proderit ei		in leviolem plane causam accipi possunt, propt. quod in minor summam recte fidejussor accipietur,
	si promissum animal ante moram occiderit; de dolo actionem reddi adversus eum oportere, Neratius, Priscus, & Julianus responderunt; debitore liberato, (quoniam) per consequentias ipse quoque dimittitur.	si persona, pro qua fidejussit, in quantum facere potest condemnanda est.	si hominem occiderit, ex stipulatione conveniri potest, reusque liberatur.	
Nam eorum Obligatio, accessio est principalis obligationis; Nec plus &c. <i>vid. supr. sub Sign. §</i>				

(4.) Intellectus simplicis, & moralis:

<i>1. Reg. VIII, v. (-43-)</i>	<i>Esa, LVJ, 7. coll. Matt h. XXI, 13. Can. 2. Dist. 88.</i>	<i>Caus. 16. Qv. est. 7.</i>
	Domus mea, domus orationis vocabitur. quia nomen meum invocatum est super Domum hanc.	<i>pr. Et hoc diximus secundum simplicem intellectum; juxta moralem autem talia dicemus: & primum quidem de templo, de quo per Prophetam dixit Deus: Domus mea, domus orationis vocabitur. Ergo secundum corporalem circumcissionem carnis, & secundum corporales legis festivitates, & sacrificia, consequent. & templum Dei æstimabatur, quod ex lapidibus insensatis erat constructum; &c.</i>

(5.) Judicium delegatorum;

vid. supr. (1.) Commiss. simplic.

(6.) Legatorum;

D. 30, de Legat. I.

<i>Inst. 2, 20. de Legat.</i>	<i>l. 62. Si</i>	<i>l. 36. Si</i>	<i>D. 33, 8. de Pecul. legat.</i> <i>l. 3. At,</i>
§. 17. Si quis — ancillas	ancilla	— testator ancillas omnes,	si ancilla
cum suis natis legaverit,	cum — liberis legata sit; & ancilla sola, si non sint liberi; &	& quod ex his natum erit, legaverit,	cum suis natis legata sit,
partus,	liberi soli,		
etiam si	si		etiam
ancillæ	ancilla	unã	eã

mor-

mortuæ fuerint,	non fit,	mortuâ,	mortuâ
legato cedunt.	debentur.	Servius, partum ejus, negat deberi, quia <i>accessionis</i> loco legatus fit; quod falsum puto, & nec verbis, nec voluntati defuncti accommodata hæc sententia est.	vel alienata, vel manumissa, nati ad legatarium pertinebunt; Quia duo legata sunt separata.
Idem est: & si ordinarii Servi cum vicariis			<i>l. 4. Sed</i>
legati fuerint; quia licet mortui sint ordinarii,			& si
tamen vicarii legato cedunt.			Servus cum vicariis suis legatus fit, & mortuo eo, aut alienato, aut manu misso, durat vicariorum legatum.

Sed si			<i>D. 33, 8. de Pecul. legato.</i>
Servus cum peculio legatus, vel alienato, vel manu mortuo servo,	<i>l. 1. Servo,</i> legato cum peculio, & alienato, vel mortuo, (manumisso, vel		<i>l. 12. Cum vivo testatore Servus decedit, tunc legatum peculii fit inutile. Cæterum si mortis tempore, Servus vixerit, peculium legato cedit.</i>
legatum peculii extingvitur.	legatum etiam peculii extingvitur.		<i>D. 34, 7. de Regul. Caton.</i>

Idem est: Si			<i>l. 1. §. 2. Item: Si tibi fundus legatus est, qui scribendi testamenti tempore tuus est; Si eum vivo testatore alienaveris, legatum tibi debetur, quod non deberetur, si testator statim decessisset.</i>
fundus instructus, vel instrumento legatus fuerit;	<i>l. 1. §. 1. Fundo cum instructo legato,</i>		
Nam fundo alienato & instrumenti legatum extingvitur.	& Instrumentum non vindicabitur, ex sententia defuncti.		

(7.) Usurarum & fructuum.

l. 26. pr. C. de Usur. (4, 32.) &c.

Creditor, per vim extorquens, quod sibi debetur,
jus crediti amittit. *Pac.*

*D. 4, 2. Quod metus caus. gest. erit,
L. 13. Callistratus Lib. 5. de Cognitionibus,*

Extat enim Decretum divi Marci

in hæc verba: Optimum est, ut, si quas putas te habere
petitiones, Actionibus experiaris;

Cum Marcianus diceret: Vim nullam feci; Cæsar dixit: Tu vim
putas esse solum, si homines vulnerentur? Vis est & tunc, quoti-
ens quis id, quod deberi sibi putat, non per Judicem reposcit.

Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris
vel pecuniam (debitam)
non ab ipso sibi
sponte
datam, sine ullo Judice, temere possidere,
vel accepisse, * *L. 12. §. 2. fin. b. r.*
Isq; sibi jus in eam rem dixisse, jus crediti * non habebit.

D. 48, 7. Ad L. Jul. de vi privata.

L. 7. Callistratus (Lib. 5. de Cognitionibus.)

Creditores, si adversus debitores suos agant, per Judicem id, quod
debere sibi putant, reposcere debent. Alioquin, si in rem debi-
toris sui intraverint, id nullo concedente,

Divus Marcus decrevit:

Jus crediti eos non habere.

Verba decreti hæc sunt: *Optimum est, ut, si quas putes te ha-
bere petitiones, Actionibus experiaris;*

*Interim ille in Possessione debet morari, tu petitor es. Et
cum Marcianus diceret: Vim nullam feci; Cæsar dixit: Tu vim
putas esse solum, si homines vulnerentur? Vis est & tunc, quotiens
quis id, quod deberi sibi putat, non per Judicem reposcit.*

*Non puto autem nec verecundia, nec dignitati tua convenire,
quicquam non Jure facere.*

*Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris,
non ab ipso sibi*

ereditam, sine ullo Judice, temere possidere,

eumq; sibi Jus in eam rem dixisse, jus crediti non habebit.

Et hæc pœna exasperatur in

L. 8. ad d. L. Jul. de vi priv.

& Nov. LX. cap. I. pr.

Si

Creditor

res
debitoris
occupet

sine autoritate Judicis

hac lege (*Julia de vi*) tenetur,

& tertia parte bonorum multatur,

& infamis sit.

Sancimus igitur:

Si

quis

illo superflite adhuc,

quem putat debere sibi,

ascendat domum ejus, & molestus sit superstiti homini, aut qui ejus sunt, uxori forte, vel filiis,
aut domui omnino, aut etiam signacula per propriam potestatem imponere præsumat,
non prius decreto & officio legali servato;
post ejus, qui dicitur debere, mortem;

Actione quidem modis omnibus cadat, siue justam habeat hanc, siue non. Quantum vero
deberi sibi dicit, tantum aliud desuper exigatur, & detur injuriati heredibus. Confiscatio-
nem quoque in tertiam partem Substantiæ sustineat,
(sicut & Marcus Philosophus Imperator in suis conscripsit legibus)
& infamia feriatur.

Qui enim hominis naturam non erubuit, dignus est, & pecuniis, & gloria, & aliis omni-
bus condemnari.

Actor Forum Rei sequatur.

<p><i>C. 3, 13. de Jurisd. omn. Judic.</i> <i>l. 2. Juris ordinem converti postulas,</i> Actor, Rei forum, (ut non sed Reus Actor sequatur; Nam, ubi domicilium habet Reus, & tempore contractus habuit, ibi tantum, licet hoc postea transtulerit, eum conveniri oportet.</p>	<p><i>C. 3, 19. ubi in rem Act. exerc.</i> <i>l. 3. Actor, Rei forum</i> sequitur, f. in rem, f. in personam sit Actio. Sed in locis, in quibus res propter quas contenditur, constitutæ sunt, jubemus in rem Actionem adversus possidentem moveri.</p>	<p><i>C. 3, 20. ubi de hered. agat.</i> (habet, <i>l. un. & r. ubi a. domicilium</i> qui convenitur, vel si ibi ubi res hereditariæ sitæ sunt, degit, hereditatis erit con- troversia terminata,</p>	<p><i>C. 3, 22. ubi causa Status ag.</i> <i>l. 3. Actor, Rei forum</i> sequi debet, in status etiam questione, licet Senatoria dignitate Actor decoretur</p>
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Ca. XI. Quæstion. I.

<p><i>c. 15. Experientie tuæ præsentis autoritate mandamus :</i> ut qualibet ecclesiastici officii persona, in causis, in quibus, loco petitoris existit, quæquam laicum pulsatura, apud suæ provincie judicem suas proponere actiones non dese- In iis verò negotiis, in quibus ecclesiastici officii persona pulsatur, totius submoto pulsationis obstaculo, ad Episcopi vel Presbyterorum in loco, ubi quæstio vertitur, constitutorum occurrat indifferenter Examen.</p>	<p><i>c. 16. Si quisquam Clericus,</i> sive inferioris, sive potioris gradus, petitor existat, & contra laicam personam suas dirigat actiones, iste, modis omnibus, non alibi, quam apud provincie judicem, negotium dicturus occurret. Si quis autem laicus, clericum, cujuscunq; gradus, duxerit esse pulsandum, ad Episcoporum judicium in eadem civitate vel territorio constitutorum, proponat eas, quas se habere existimat actiones.</p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Vid. m. c. fin. X. de for compet.

D

Quem

Quem ordinem legibus per omnia convenientem atq; consentaneum demonstrari, illa regula manifestat, quæ præcipit, Actorem forum semper sequi pulsati. Clericis vero pulsatis in Episcopali iudicio forum competere, principalium quoque functionum designat auctoritas.

Eriam in Criminalibus.

C. 3, 13. de Jurisd. omn. Judic.
l. 5. In criminali negotio Rei forum Accusator sequatur.

Caus. III. Quæst. 6.

*c. 1. ibi
 semper*

*c. 18. Revera
 ibi*

causa agatur, ubi crimen admittitur. causa agatur, ubi crimen admittitur.

No. V.

Defensio est juris naturalis. *it:* Armis, arma repellere licitum, Vim, vi, defendere, ac repellere licet;

Sed cum Moderamine inculpatæ Tutelæ.

D. 1, 1. de Just. & Jur.

l. 3. Ut vim atq; Injuriam

propulsemus.

Nam hoc jure evenit, ut, quod Quisq;

ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.

D. 9, 2. ad L. Aquil.

l. 45. §. 4. Vim enim

vi defendere omnes leges, omniaq; Jura permittunt,

qui (mni Culpam cum aliter se tueri non possunt, da-

dederint,

innoxii sunt.

D. 43, 16. de Vi, & vi armata.

l. 1. §. 27.

Idq; jus: Vim, vi repellere licere;

Naturâ comparatur;

& ex eo apparet:

arma

armis repellere.

X. 5, 12. de homicid. volunt.

c. 18. Vim

vi repellere, omnes leges, & omnia jura permittunt; &

l. 3. §. 9. Igitur

eum, qui cum armis venit, possumus armis repellere; Sed confestim,

non ex intervallo; &c.

X. 5, 39. de Sentent. Excomm.

c. 3. Vim

vi repellere, omnes leges, omniaq; jura permittunt.

Si in continentî vim vi repellat.

D. 9, 2. ad L. Aquil.

l. 4. pr. Itaq;

Si

Servum tuum latronem,

insidiantem mihi,

l. 2. Is, qui

aggressorem, vel quemcunq; alium, (stitutus, in dubio vitæ discrimine con-

Cod. 9, 16. ad L. Cornel. de Sicar.

l. 3. Si quis

percussorem ad se venientem,

gladio

l. 4. Si

latrocinantem

Si verò quis Clericum,

vim sibi inferentem,

vi

occi-

occidero;	occiderit;	repulerit;	peremissi;	repellat, vel lædat, non debet
	nullam	non	dubium non est, eum, qui inferendæ cædis Volunta- te præcesserat, jure cæsum videri.	
	ob id factum	(debet.		propter hoc
Securus ero. Nam	calumniam metuere	ut homicida tenetur, quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.		ad Sedem Apostolicam transmitti.

adversus periculum, naturalis ratio permittit, se defendere.

☞ Sed si, defendendi mei causa, lapidem in adversar. misero, sed non eum, sed prætereuntem percussero; tenebor lege Aquilia. Illum enim solum, qui vim infert, ferire conceditur;

& hoc, si
tuendi duntaxat
non ulciscendi causa
factum sit.

☞ tamen id
non ad sumendam vindictam,
sed ad injuriam propulsandam
debet fieri,

Cod. 8, 4. Unde vi.

l. 1. Recte (etiam) possidenti, ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat,

in culpatæ tutelæ moderatione
illatam vim propulsare licet.

cum
Moderatione inculpatæ tutelæ.

D. 4, 2. Quod metus caus. gest. erit.

l. 12, §. 1. Quæri poterit: an etiam ei, qui vim fecerat, passo vim, restitui Prætor velit, per hoc edictum, ea, quæ alienavit? Et pomponius scribit libro vicesimo octavo: Non oportere ei Prætorem opem ferre. Nam, cum liceat, inquit, vim, vi, repellere; quod fecit, passus est. Quare si metu te coegerit, sibi promittere, mox ego eum coëgero metu, te accepto liberare; nihil esse quod ei restituatur.

No. VI.

Dictum unius, Unus Testis, Unius testimonium Vox unius,	dictum nullius, nullus testis, non admittitur. vox nullius.
------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------

D. 48, 18. de Quæstionib.

C. 4, 20. de Testib. l. 9. §. 1.

X. 5, 1. de Accusationib.

<i>l. 1. §. 4. Non</i>	<i>l. 20. Non</i>	<i>*quæstione illicita</i>	Simili modo	<i>*Et nunc manifeste</i>
in	unius	non (habita	lancimus: ut	lancimus: ut
unius	unius	nemo (causa	nemo	non
utiq;	unius	judicium in quacunq;	judicium in quacunq;	unius
Servi	unius	unius	unius	omnino
quæstione	unius	unius	facile	testis
fidem rei	unius	testimonio	testimonium	responsio
constituendam.	unius	esse	patiatur	audiatur,
	admitti. *	credendam,	admitti. *	

c. 18. fn. Cum hoc, per se, probare non posset tq. qui solus examinabatur.

etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat.

No. VII.

No. VII.

Lex, unde dicta? & quid?

<i>Inst. 1, 2. J. N. G. C.</i>	<i>D. 1, 3. de LLb9, SCris, & long. Consv.</i>		<i>Distinct. I. & II.</i>			
§. 4. Lex	<i>l. 1. Lex</i>	<i>l. 2. Lex</i>	<i>ibid. Lex</i>	<i>c. 3. Lex</i>	<i>c. 4. Lex</i>	<i>c. 1. Lex</i>
est,	est	est,	est	est constitutio scripta,	est a legendo vocata ē, (quia est scripta,	est constitutio
quod populus Romanus	commune præceptum					populi, quâ majores natu, simul cum plebibus
Senatorio Magistra- tu interrogante (ve- lute Consule)						aliquid saaxerunt.
constituebat.						
		cui omnes obtempe- rare convenit, tum ob alia multa; tum vel maxime eo, quod om- nis lex, inventum ac munus Dei est.	omn. divinar. & human. rr. Regin.			
	virorum prudentium consultum.	Decretum verò pru- dentum hominum	Oport. a. eam esse præsidem & bo- nis, & malis, & principem & du- cem esse; & secund. hoc, regulam esse justorum & injustorum, &			
	coërcitio delictorum	Coërcitio eorum	eorum			
	quæ sponte vel ignorantia contrahuntur; communis Reip. spon-	quæ sponte vel involuntariè delinquntur; Communis sponsio civitatis, ad cuius præscriptum omnes, qui in ea Rep. sunt, vitam instituere debent.	quæ natura civilia sunt animanti- um; præceptr. quidem faciendorū. prohibitric. autem non-faciendor.			
<i>Nov. 106. c. 2. in fin.</i>	Imperatori & ipsas Deus leges subjecit,		legem animatam eum mittens hominibus.			

No. VIII.

Ex duobus malis, minus est eligendum.

<i>Distinct. XIII.</i>	<i>D. de R. 7.</i>
<i>c. 1.</i> Duo mala, licet sint omninò cautissi- me præcavenda, tamen,	<i>l. 200.</i> Quotiens
<i>c. 2. part. 2.</i> Dum mens inter minora & maxima peccata constringitur,	

<p>periculi necessitas ex his unum perpetrare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligari.</p> <p>¶ Quid autem ex his levius, quidve sit gravius, puræ (piæ) rationis acumine investigemus.</p>	<p>si</p> <p>si</p> <p>omnino</p> <p>semper</p> <p>eligantur</p> <p>minora.</p>	<p>nullus sine peccato evadendi aditus patet, nihil sine captione investigari potest,</p> <p>eligendum est, quod minimum habeat Iniquitatis.</p>
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Vid. Exempl. in Nov. XXII, c. 43.

No. IX.

Masculinum interpretatur m. de Fœminino;

Sed non v. v. Vid. sub ☞ ☛

